
B. N. C
FIRENZE
1070
39



Digitized by Google

Digitized by Google

1070 . 39

Digitized by Google

Digitized by Google

1070 34

# APPARATUS
AD
# BIBLIOTHECAM MAXIMAM
## VETERUM PATRUM,
ET
## ANTIQUORUM SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM
Lugduni editam,

*In quo quidquid ad eorum ſcripta, & doctrinam, varioſque ſcribendi, & docendi modos pertinet, Diſſertationibus Criticis examinatur, & illuſtratur.*

De Scriptoribus primi, & ſecundi Eccleſiæ ſæculi, ac de omnibus Clementis Alexandrini Operibus.

*Operâ & ſtudio Domni* NICOLAI LE NOURRI *Preſbyteri & Monachi Ordinis ſancti Benedicti, è Congregatione ſancti Mauri.*

Uno Volumine in folio.

PARISIIS,
Apud JOANNEM ANISSON Typographiæ Regiæ Præfectum.

M. DCCIII.
*CUM PRIVILEGIO REGIS.*

1872

NEmini ſane, quantumvis curſim varia Clementis Alexandrini Opera pervolutarit, incompertum eſt quantæ chriſtianis omnibus poſſint eſſe utilitati. In ſua ſiquidem ad Gentes Admonitione ille quidquid in nequiſſimo ethnicorum cultu magis abſurdum, ſecretumque erat, evertit funditus, penituſque deſtruit. In tribus verò Pædagogi libris chriſtianos omnes ſacratioribus imbuit Chriſti legibus & inſtitutis. Denique in ſeptem libris Stromatum eos potiſſimum docet quomodo ad ſupremum chriſtianæ perfectionis apicem poſſint conſcendere.

Ad ea autem argumenta recte tractanda, hos omnes libros omni prorſus tam prophanæ, quam ſacræ eruditionis genere opplere coactus eſt. Mirum itaque nulli videri debet, ſi antiquiſſimi & doctiſſimi Eccleſiæ Patres ſummis eos laudibus extulerint, atque ii ſubſequentibus ſæculis in omnium, teſte Euſebio, manibus verſarentur.

Ad hæc vero quia ipſemet Clemens primis Apoſtolorum ſucceſſoribus proximum ſe fuiſſe apertiſſime declarat, hinc certe liquet illius libros eo majori omnibus in pretio eſſe debere, quo pauciores tantæ antiquitatis commentationes, quibus ſacra religionis noſtræ documenta ad poſteros tranſmittenda erant, ad nos uſque pervenerunt.

Verum tametſi tot tantique fructus ex his Clementis Alexandrini libris percipi poſſint; plures tamen ab eorum atque in primis Stromatum lectione deterruit, non ſolum Græci textus obſcuritas, nec ſatis clara & accurata illius latina interpretatio: verum etiam maxima argumentorum varietas, frequentiſſimæ à propoſito digreſſiones, præcipua & difficillima chriſtianæ fidei dogmata, pluribus integumentis involuta, paſſimque cum ethnicorum placitis & erroribus admiſta, & plurimæ aliæ ac propemodum infinitæ difficultates, quæ non ſine maximo labore poſſunt ſuperari.

At Clemens noſter, qui datâ operâ, hanc ſcribendi rationem, ne paganis ſacra noſtra myſteria patefaceret, ſe ſectatum eſſe confitetur, nos haud ſemel admonet ex his ſuis libris, ſpiſſo nemori ſimilibus, ſi umquam ex inor-

uinato ad rectum nativumque ordinem adducantur, pulcrum confici poſſe hortum, cujuſlibet aſpectui non minus amœnum & gratum, quam fructibus ſuis fœcundum ac feracem. Quo autem modo illos ad eum, quem Clemens deſideraſſe videtur, ordinem redigere omneſque eorum difficultates complanare & enodare conati fuerimus, ex ſubjecto capitum & articulorum indice perſpicies.

---

# INDEX DISSERTATIONUM, CAPITUM, & Articulorum.

## DISSERTATIO PRIMA.

### De Admonitione ad Græcos & de tribus Pædagogi libris.

CAPUT I. *De Admonitione ad Græcos.*

Art. 1. *Analyſis hujus libri.* 2. *De hujus libri auctore, ætate, titulo, argumento, ac totius Operis diviſione, elegantia, eruditione, & manuſcriptis codicibus.* 3. *De hujus libri integritate, & de locis, qui corruptionis arguuntur: Ubi de Corybantibus, & tertio eorum fratre occiſo: de auriga Phrygis, ſeu Myrtillo, & Pelopis inferiis, de Jove Olympico, Piſano, &* Apotropaio, *de divino honore, quem Theſſali ciconiis tribuebant, de Neptuno qui in Teno colebatur, ejuſque & Amphitrites ſtatua, Teni poſita: de triplici Mercurio Andocyde, Amuyeto & Typhone, de Minoe Jovis diſcipulo.* 4. *Quis fuerit Clemens hujuſce ad Græcos Admonitionis, Pædagogi, Stromatum, aliarumque lucubrationum auctor, qui ejus præceptores, quodnam illius munus & officium, ubi & quomodo hanc ad Græcos Admonitionem compoſuerit.*

Cap. II. *De tribus Pædagogi libris.*

Art. 1 *Analyſis libri primi.* 2. *Analyſis libri ſecundi.* 3. *Analyſis libri tertii.* 4. *De horum librorum auctore, argumento, titulo, diviſione, eorumque in capita diſtributione, & eorumdem capitum ſummariis, ac quo tempore, & utrum ex concionibus publice habitis, aut quo ſtylo ſint compoſiti.* 5. *De manuſcriptis horum librorum codicibus, eorumdemque integritate, utilitate & eruditione: ubi quædam loca difficilia explicantur, & utrum Clemens hebraice ſciverit.*

Cap. III. *Novæ in Clementis Alexandrini Admonitionem ad gentes, & tres Pædagogi libros obſervationes, ac primum de iis quæ ad chriſtianam Theologiam ſpectant.*

Art. 1. Quomodo Clemens ſacros librorum veteris & novi Teſtamenti Auctores divino ſpiritu afflatos fuiſſe ſenſerit. 2. Quomodo Clemens teſtimonia ſacræ Scripturæ in Admonitione ad Græcos citaverit, & cur nonnulla in vulgatis ejuſdem ſacræ Scripturæ libris non reperiantur, curve auctorem Proverbiorum puerum Hebræum appellaverit. 3. De quibuſdam veteris Teſtamenti libris in Pædagogo laudatis, ac quam diverſo à vulgata illorum editione modo plura eorum loca citaverit, & de nonnullis quæ etiamnum in ea non occurrere videntur. 4. De libris novi Teſtamenti in Pædagogo laudatis, ac præcipue de prima cum Petri tum Johannis epiſtola; de Judæ quoque epiſtola, & quomodo teſtimonia inde deſumta à Clemente citata fuerint. 5. De lege apoſtolica, qua ſanguine animalium, & ſuffocatis carnibus interdicitur.

Cap. IV. De Chriſti & Spiritus ſancti divinitate, ſacroque Trinitatis myſterio, ac de iis, quæ ad Chriſtum pertinent.

Art. 1. De ſumma Chriſti divinitate in Admonitione ad Græcos aſſerta. 2. Quam invicte eadem Chriſti & Spiritus ſancti divinitas, ac ſanctiſſimæ Trinitatis myſterium in libris Pædagogi adſerantur. 3. Chriſtum antequam homo fieret, revera exſtitiſſe; & quomodo ille Iſraelitici Chriſtianique populi dux fuerit. 4. Quo ſenſu Clemens corpus Chriſti deforme eſſe dixerit. 5. Verbum divinum neque corpus Chriſti, neque animam umquam deſeruiſſe, ac de ejuſdem Chriſti tunica.

Cap. V. De quibuſdam Eccleſiæ ſacramentis.

Art. 1. De vario Baptiſmi nomine, & effectu, de diſcrimine inter peccati, & pœnæ peccato debitæ remiſſionem, quæ peccatorum pœnæ Baptiſmo dimiſſæ, quomodo peccata in eo deleta, num præmitti debeat catecheſis, fides, & peccatorum pœnitentia? Utrum Clemens de lacte, & melle poſt Baptiſmum dari ſolito loquatur, ac de diſcipulorum nomine. 2. Orthodoxa Clementis de Euchariſtiæ ſacramento doctrina explicatur. 3. De ſacris Ordinationibus, & presbyterorum epiſcoporumque Ordinis differentia, de presbyterorum benedictione, ac de ſancto matrimonii uſu.

Cap. VI. De Angelis, de hominis anima, & chriſtianorum moribus,

Art. 1. De Angelis, & quinam ex illis, quamque ob cauſam Egregores appellati, ac de eorumdem Angelorum lapſu. 2. De hominis anima, & quæ ejus definitio, quis motus, utrum non aliter quam ſenſuum miniſterio cogitet, an ſpiritualis ſit & incorporea, cur triplex dicatur, ubi ſedem ſuam poſuerit, & cur ſicca nuncupetur. 3. De chriſtianorum moribus, ac primum de more noctu ad laudes Deo concinendas ſurgendi, & quamdiu ille duraverit; non totam noctem, multo minus interdiu dormiendum; quid eo tempore chriſtiani agere deberent. 4. De aliis chriſtianorum moribus, quanta modeſtia ad Eccleſiam accederent, & in ea verſarentur; quorumdam ab illa diſcedentium abuſus, de chriſtianorum ſalutatione, oſculis, conviviis, menſis, agapis, balneis & veſtimentis.

Cap. VII. De gentilium Theologia, variiſque eorum ſuperſtitionibus.

Art. 1. De idololatriæ & nefarii plurium deorum cultus origine & pri-

*mordiis.* 2. *De primis deorum templis, & eorum origine.* 3. *Templa deorum eſſe mortuorum hominum ſepulcra : ubi de Immari tumulo, & utrum ille Eumolpi & Daira filius fuerit. De ſepulcris filiarum Belei, ac Hyperoches, & Laodices, atque etiam Clearchi, & Leuchophrynes, ac Telmeſii vatis, & regis Cyniræ, citatiſque auctoribus Leandrio & Zenone Mindio.* 4. *De templis deorum, ac præſertim Bacchi & Serapidis igne combuſtis & everſis ; num inde Clemens contra Paganos recte argumentetur, atque aliqua initio Eccleſiæ templa chriſtianis fuerint ?*

Cap. VIII. *De paganorum ſimulacris, ſtatuis & imaginibus.*

Art. 1. *De ſimulacrorum, ſtatuarum, & imaginum apud paganos origine, & quod initio Scythæ acinacem, Arabes lapidem, Perſæ fluvium, alii lignum, Romani haſtam adorarent, ac de ligneo Junonis Cythæroniæ & Samiæ ſimulacro.* 2. *De ſimulacris ad hominum ſimilitudinem effictis, Jovis Olympici, & Patarei, Apollinis itidem Patarei, Apollinis Obſonatoris & Hiantis, ac Junonis Tirynthiæ, de Palladio ex Pelopis oſſibus facto, & apud Demophoontem depoſito ; de ſtatua Herculis Tirynthii, Dianæ Munichiæ, Dionyſi Morichi à Simone facta, Serapidis magni dæmonis, & Veneris Tanaidis.* 3. *De aliis ſtatuis, quas pagani coluerunt, aut contumelia affecerunt, Furiarum, malæ Fortunæ, Jovis, & Veneris Cnidiæ.* 4. *De quibuſdam obſcœnis ſimulacris & geſtibus Philenidis, de impotenti Pigmalionis in ſtatuam amore, de cujuſdam equæ ſimulacro, & Dædali vacca, ac ſimiis nec cerea, nec lutea ſimilitudine deceptis.* 5. *Utrum chriſtiani primis Eccleſiæ temporibus quaſdam imagines, ſtatuas, & ſimulacra habuerint, vel id ipſis divina lege prohibitum fuerit, & utrum pagani ipſaſmet ſtatuas & imagines adorarent.*

Cap. IX. *De paganorum diis & deabus, ſacrificiis & myſteriis.*

Art. 1. *De multiplici Jove, de Agamemnone Jove, & Staphilo qui illius meminit, de Jove in formicam converſo, de Jovis, ſicut hirci Tmuitarum inexplebili libidine, de Martis in vincula conjecti, & Homeri patria, de Apolline Sminthio, de Æſculapio ejuſque ſepulcro, de Neptuno Medico, & Saturno in Sicilia ſepulto, ac de Dionyſi corde à Pallade ſublato.* 2. *De Bacchi orgiis, de ſacrificiis quibus homines immolabantur, de Cereris myſteriis, ac de Eetione, & Melampode, de Arcanis Themidis, ſeu ejuſdem Cereris ſymbolis, & de Anacharſi, qui civem ſuum, Cereris myſteria imitantem interfecit.* 3. *De paganorum deabus, de quinta Minerva, de alia Minerva ab Ornyto vulnerata, & Polemone qui illius meminit, de alia Minerva, quæ ventilabris colebatur, de Venere quæ Phaoni paravit inſidias, de Venere* Tymboruchо, *de Diana Chelitide, Condylitide & Podagra.* 4. *De diis averruncis, ſeu malorum depulſoribus, & humanis affectibus in deorum numerum relatis, de Jove & Hercule* Apomuyo, *de febre, pavore, pallore, morbo, pœna, ſupplicio, ſomno, & morte, ; item de metu & amore, gaudio & ſpe, contumelia & impudentia.* 5. *De animalibus, & piſcibus, quæ Ægyptii, aliique populi venerabantur ; de Phagro & Mæote, quos Ægyptii ; de Muſtella, quam Thebani, ; de Ove, quam Samii ; de Columbis & piſcibus, quos Syri colebant.*

*5. De regibus & privatis hominibus, deorum numero adſcriptis, de Ceyce, & uxore ejus Alcyone, de Ptolemæo quarto, & Mitridate, de Menecrate medico, de Alexarcho & Nicagora, de Philippo rege, & Demetrio*

Cap. X. *De paganorum oraculis, ludis, & certaminibus.*

Art. 1. *De oraculorum apud paganos defectu, de Lebete Theſprotæo, de Gerandryo, & Jovis Ammonis oraculo, de Caſtalio, & Colophonis, Clarii, Didymæi & Amphiarai fonte, de capris & corvis ad divinandum exercitatis. 2. De turpibus apud paganos ludis & certaminibus Pythiis, Iſthmiis, Nemeis, & Olympicis; de myſteriis in Sagra & Alimunte.*

Cap. XI. *Philoſophorum & poetarum ethnicorum de diis, primiſque rerum principiis opiniones, & de iis, quos Atheos nuncupaverunt.*

Art. 1. *De prima philoſophorum claſſe, qui unum, aut plura elementa dixerunt prima eſſe principia rerum: de opinione Thaletis, Anaximenis, Diogenis Apolloniatis, Parmenidis, Hyſpaſi Metapontini, Heracliti, & Empedoclis; ubi & de Macedonibus ac Sarmatis. 2. De ſecunda claſſe philoſophorum, qui aliquid elementis ſublimius dixerunt eſſe primum rerum principium, de opinione Anaximandri, Anaxagoræ, Archelai, Leucippi, Metrodori, Democriti Heraclidis, & de utriuſque idolis, ſeu imaginibus, utrum Metrodorus fuerit Heracliti diſcipulus: de opinione Alcmæonis, Xenocratis Chalcedonii, Stoicorum, Ariſtotelis, Theophraſti, & Epicuri. 3. De tertia claſſe philoſophorum, qui de Deo veriora docuerunt; de Platone, Antiſthene, Xenophonte, Cleanthe, & Pythagora, ejuſque ſectatoribus. 4. De poetis qui veriora de Deo cecinerunt, aut paganorum deos irriſerunt, de Arato, Heſiodo, Euripide, Sophocle, Orpheo, Menandro, & Metragyrtis: de Homero, rurſumque de Euripide, qui Herculem virides ficus cum carnibus comediſſe tradit. 5 De iis, quos pagani Atheos nuncupaverunt, & eo nomine exagitaverunt, de Evemero, ſeu Evehemero; Nicagora, Diagora, Hyppone, Theodoro, Pellæo Leonte, & Heraclito.*

Cap. XII. *De paganorum moribus.*

Art. 1. *De virorum luxu & mollitie, atque eorum in primis, qui barbam, comam, piloſque tondebant, ubi de Scythis & Germanis, quando barba radi cœperit, de Diogenis hanc in rem dicterio, ac de iis qui alienis capillis utebantur, vel pilos comaſque tingebant, ac de mulierum ſupercilia quoque pingentium fuco. 2. De Lacedæmoniorum, & Athenienſium, aliorumque hominum veſtibus, earum colore, tinctura, membranulis, animalibus in purpura, de crocoto, de calceis, ſandaliis, & crepidis; de murenulis & annulis, eorumque ac potiſſimum Polycratis & Seleuci ſignaculis, & à quibus annuli, & quomodo à prima origine induti fuerint. 3 De ſuperba domorum apud paganos ſupellectile, ubi de gaunace ſeu gaunape, ac potiſſimum de variis vaſorum generibus, de thericleo calice, cantaro, lebronio, lepaſta, pſyctere, œnochoe, & aliis alabaſtrinis, atque minus honeſtis, ac de iis, quorum in balneis uſus erat. 4. De paganorum balneis, an mobiles & ſuſpenſæ, viriſque ac mulieribus communes, de corporis exercitatione, & ludo*

*pro balneis conceſſo, de infinita propemodum ſervorum & ancillarum multitudine, de cinædis, & quid ſit* epicinaidiſma, *de batalis & beilotis.* 5. *De variis vini generibus, quæ in paganorum conviviis miniſtrari ſolebant, & de aqua Choaſpia, de nationibus ebrietati obnoxiis, de gladiatoribus menſarum aſſeclis, de ventridæmone helluonum præſide, de ventriloquo.* 6. *De coronarum origine, earumque in conviviis uſu, de mortuos coronandi more, & hanc in rem Sophoclis & Saphus teſtimoniis, cur coronæ chriſtianis prohibitæ, & de floribus.* 7. *De unguentorum abuſu, & variis illorum generibus, ubi de bacchari, & metallio, de pulſis ex urbibus unguentariis, & lanarum infectoribus, quomodo unguento & allio utendum, ac de puerorum recens natorum expoſitione, & de lege Scantinia.*

Cap. XIII *De rebus phyſicis & naturalibus.*

Art. 1. *Quomodo lac fiat, & in mammis formetur, de lactis adipe ſcilicet butyro in lucernæ uſum.* 2. *De auro quod formicæ effodiunt, & gryphes cuſtodiunt, de Pactoli fluentis aureis, & Lydio ramento, quanta profuſione & luxu pagani eo abuterentur, ac maſtichen roderent, & cur metoſcopi dicerentur.* 3. *De quibuſdam animalibus à Clemente memoratis, de hiæna ſexum mutante, de lepore & daſipode, de merula & luſcinia vocem & colorem mutantibus, de luſciniis humano more loquentibus, de pavone Medo, pſittacis, charadriis, phaſianis & attagenis.* 4. *De quibuſdam piſcibus & conchis, aliiſque delicatioribus cibis, à Clemente memoratis, de murænis, anguillis, hædis, mugilibus, Pelori conchis, Abidenis oſtreis, mænidis, pectinibus, lingulacis & turdis, de bolo, betis, caricis, ac de aſello.*

Cap. XIV. *De ſcriptoribus, poetis, pædagogis, & ſtatuariis; à Clemente laudatis.*

Art. 1. *De variis ſcriptoribus à Clemente in Admonitione ad Græcos citatis; de Hieronymo, & Dicæarcho, qui de forma & ſtatura Herculis diſſeruere, & de Soſibio, qui Herculis ab Hippocoonditis vulnerati meminit, de Eudoxo, Iceſio, Patrocle Thurio, Monimo, Antiocho, Leandrio, Zenone Mindio, Olympico, Philochoro, Demetrio, Dionyſio, Iſidoro, Athenodoro, Diogene, Dinone, Nymphodoro, Anticlide, & Apella.* 2. *De poetis à Clemente in eodem libro citatis, de Empedocle, Panyaſſi, Phanocle, ejuſque de Veneris Argynnæ fano teſtificatione, de Callimacho, Nicandro, Arcandro, Myrſillo, diverſiſque eorum de Muſarum origine opinionibus, de Euphorione, de poëmatum Cypriacorum auctoribus, Hegeſia, aut Staſimo, de Terpandro, & Capitone, ac utriuſque modis muſicis.* 3. *De ſcriptoribus, clariſque viris in Pædagogo laudatis, de Pythagoræ carmine & abſtinentia, de Stoicorum pueris, illorumque de officiis opinione, de Platone quo plurima ex ſacræ ſcripturæ libris delibavit, de Ariſtippo, Democrit, ſophiſta, Ceo ſeu Prodico itidem ſophiſta, Nicoſtrato, Alexide, Menandro, de quibuſdam tacito nomine laudatis, de medicis Antiphone, & Artorio, ac de Pæonio medico.* 4. *De quibuſdam paganorum pædagogis, Phœnice, Adraſto, Leonide, Nauſithoo, Zopyro, Sicinno, & de regiorum puerorum apud Perſas pædagogis.* 5. *De quibuſdam ſtatuariis, & artificibus, à Clemente citatis, de Euclide, Callone, Phidia,*

*Bryaxide*, *Thelesio Athenienſi*, *Argo*, *Polycleto*, *Lyſippo* & *Apelle.*

## DISSERTATIO SECUNDA.

## De libris Stromatum.

CAPUT I. *Analyſis horum librorum.*
Art. 1. *Analyſis libri primi.* 2. *Analyſis libri ſecundi.* 3. *Analyſis libri tertii.* 4. *Analyſis libri quarti.* 5. *Analyſis libri quinti.* 6. *Analyſis libri ſexti.* 7. *Analyſis libri ſeptimi.*

Cap. II. *De horum librorum auctore, & ætate, quaſque ob cauſas conſcripti, de illorum argumento, & ſingulari, qua compoſiti ſunt, methodo, de eorum titulo, manuſcriptis codicibus, locis corruptis, latina interpretatione, commentariis, obſervationibus, variiſque editionibus.*
Art. 1. *Clementem Alexandrinum verum eſſe horum librorum auctorem, & quo tempore illos ſcripſerit.* 2. *Quibus rationibus impulſus Clemens, hos libros ſcripſerit, quodnam eorum argumentum, & quam ſingulari modo ac methodo compoſiti fuerint.* 3. *De vero hujuſce Operis titulo, de illius integritate, atque in libros & capita diviſione, ſtylo, elegantia, utilitate, variaque eruditione.* 4. *De manuſcriptis hujuſce Operis codicibus, & de quibuſdam corruptis illius locis.* 5. *De latina horum & aliorum Clementis librorum interpretatione, de Herveti commentariis, variiſque aliorum in illos notis & obſervationibus, ac diverſis eorumdem, atque aliorum Clementis Operum editionibus.*

Cap. III. *Novæ in ſeptem Stromatum Clementis Alexandrini libros adnotationes, ac primo de iis, quæ ad ſacram Scripturam pertinent.*
Art. 1. *Omnes veteris & novi Teſtamenti libros divino adflatu fuiſſe ſcriptos, & quando ita ſcribi deſierint; quomodo ii ab hæreticis corrupti, de litterali & allegorico Scripturæ ſenſu, de illius parabolico & ænigmatico loquendi genere, atque ejus diviſione obſcure ſignificata.* 2. *Moyſem eſſe Pentatheuchi auctorem, ubi & de ejuſdem Moyſis ætate, vita, variiſque nominibus; item de Ægyptio homine, quem ille verbo occidiſſe dicitur, de miro, quo ille Necephri Ægyptiorum regi apparuit, modo, de varia multiplicique illius ſcientia & ſapientia, de ejus lege, quam benigna ſit, quo jure Iſraelitæ Ægyptios ſpoliaverint, quomodo Chriſtus legem impleverit; de bellica Moyſis ſcientia, noctu Iſraelitas, quemadmodum Miltiades, & Thraſybulus ſuos, ducendo, & quomodo moriturus à Joſue & Caleb duplex viſus fuerit,* 3. *De libris Job, Pſalmorum, Proverbiorum, Sapientiæ, & Eccleſiaſtici.* 4. *De libris prophetarum, Machabæorum, & quarto Eſdræ, ac de eorum auctoribus,* 5. *De græca librorum veteris Teſtamenti interpretatione, à ſeptuaginta duobus ſenioribus adornata, & alia antiquiore.*

Cap. IV. *De novi Teſtamenti ſcriptis.*
Art. 1. *De ſacris quatuor Evangeliis, ac de Evangelio ſecundum Hebræos, & ſecundum Ægyptios.* 2. *De libri Actuum apoſtolorum titulo & auctore, de Pauli epiſtolis, ac præſertim de ea, quam ad Hebræos ſcripſit.* 3. *De epiſtola prima Petri, & Johannis; de epiſtola*

*ſtola Judæ, & Apocalypſi; ac de apochryphis cum Petri prædicatione tum Matthiæ traditionibus.* 4. *Quomodo Scripturæ ſacræ teſtimonia his in Stromatum libris citentur, ac de quibuſdam, quæ hacteuus inventa non fuerunt.*

Cap V. *De virorum apoſtolicorum, & aliorum antiquiſſimorum Scriptorum Operibus, de divinis traditionibus non ſcriptis, ac de veræ Eccleſiæ notis, & characteribus.*

Art 1. *De Barnabæ epiſtola, de libris Hermæ, de Clementis Romani epiſtola, de antiquis quibuſdam Scripturæ ſacræ interpretibus, ac de Tatiani & Caſſiani ſcriptis.* 2. *De Sibyllis, & earum oraculis, nec non Pauli de Sibylla & Hidaſpe teſtimonio, atque de Chami prophetia.* 3. *De humanis traditionibus rejiciendis, & de aliis divinis ad nos non ſcripto, ſed verbo, & viva voce tranſmiſſis.* 4. *De veræ Eccleſiæ, ſacrum divinæ traditionis depoſitum cuſtodientis, notis & characteribus.*

Cap. VI. *De Deo, & Chriſto Domino, ac de perpetua ſanctiſſimæ illius matris virginitate.*

Art. 1 *De etymologia nominis* Theos, *& de articuli* ο *ei præpoſiti ſignificatione, de aliis Dei nominibus, illiuſque natura, & adtributis, atque de prædeſtinatione.* 2. *De ſuprema Chriſti divinitate.* 3. *Singularis & nova recentioris cujuſdam Sociniani contra Chriſti divinitatem opinio refellitur.* 4. *De Chriſti in mundum venturi prænuntiis & oraculis, ac præſertim de* LXXII. *Danielis hebdomadibus.* 5. *De Chriſti domini ortus & baptiſmi anno & die.* 6. *Quot annos Chriſtus publice concionatus ſit, ac de ipſius mortis anno, menſe & hora; atque de numero græco 318. crucis & nominis illius typo, & figura.* 7 *De ſumma Chriſti perfectione, & utrum Clemens illum famis, ſitis, doloris, aliarumque humanarum affectionum, & motuum expertem crediderit.* 8. *Cur Chriſtus cælibem vitam duxerit? Ipſum eſſe inexplicabile ſacrificium, & vitæ æternæ oſtium, atque ſolum omnium hominum magiſtrum; & quid de illius apud inferos prædicatione Clemens ſenſerit.* 9. *De perpetua Mariæ, Chriſti matris, virginitate, & commentitia illius ab obſtetrice inſpectione.*

Cap. VII. *De gratiæ neceſſitate, de libero hominis arbitrio, de illius peccatis, ac de peccato originali.*

Art. 1. *De divinæ gratiæ ad ſingula quæque bona opera agenda, & ad mortem uſque in eis perſeverandum neceſſitate.* 2. *De libero hominis arbitrio, & utrum Clemens ei plus æquo tribuerit.* 3. *Quid ſit peccatum, & in quo conſiſtat, de peccatis voluntariis & involuntariis, quomodo peccatum, infortunium, & ſcelus inter ſe differant; quæ ſint peccatorum principia & remedia; quod diſcrimen inter peccatum & vitium; ac de duplici alio peccatorum genere.* 4. *De peccato originali, ubi obiter de Adami peccato.*

Cap. VIII. *De mundi rerumque omnium creatione & præſtantia.*

Art. 1. *Mundum totum ſimul, nullo interjecto temporis ſpatio, à Deo creatum; ac de his verbis:* Quo die fecit Deus cælum & terram. 2. *De Angelorum creatione, atque eorum naturæ præſtantia, & gratia ad perſeverandum neceſſitate: alios aliis eſſe ſuperiores: de illo-*

*rum erga homines officiis & muniis : de Angelis cuſtodibus, atque prævaricatoribus , & qua hi doctrina mulieres imbuerint, ac de illis quid pagani ſcriptores tradiderint.* 3. *Quam perfectus Adam à Deo creatus fuerit, hominem conſtare corpore & anima plane ſpirituali & immortali , utrum Clemens inter corpus , & animam aliquid medium agnoverit , ubi de animalium ratione carentium animabus , quæ ſit animæ humanæ in corpore ſedes , ac qua ratione homo factus ſit ad Dei imaginem & ſimilitudinem.*

Cap. IX. *De novæ legis ſacramentis.*

Art. 1. *De ſacro baptiſmate , quo abluti chriſtiani ſeſe invicem fratrum nomine compellabant, & de illius apud paganos & Judæos figuris & imaginibus, ac de hæreticorum baptiſmo.* 2 *De Euchariſtiæ ſacramento , ac pœnitentia , & utrum hæc iterari poſſit.* 3. *De ſacris Ordinibus epiſcopi , presbyteri & diaconi , & quam recte à Clemente diſtinguantur.* 4. *De eorum , qui his ſacris Ordinibus initiati erant , cælibatu.* 5. *De Petri uxore & filia.* 6. *De Philippi filiabus , & utrum Paulus uxorem duxerit.* 7. *De ſumma apoſtolorum poſt Chriſti reſurrectionem perfectione.* 8. *Utrum Philippus , Thomas, Levis, & Matthæus martyrii palmam conſequuti ſint, & de Matthæi abſtinentia.*

Cap. X. *De matrimonio.*

Art. 1. *Quomodo matrimonium à Clemente definiatur , quam bonum ſit, & quomodo conjuges eo uti debeant.* 2. *De ſecundis nuptiis , an de illis recte Clemens ſenſerit , & de patriarcharum veteris Teſtamenti polygamia.* 3. *De matrimonii vinculo numquam diſſolvendo.* 4. *De perpetuo virginitatis , & continentiæ ſtatu, & voto.*

Cap. XI. *De chriſtianis virtutibus, & quibuſdam chriſtianorum moribus.*

Art. 1. *De cardinalibus, uti aiunt, virtutibus, atque in primis de continentia ſervanda , & impugnanda voluptate , mortiſque meditatione.* 2. *De Fide.* 3. *De infidelitate, & utrum omnes infidelium actiones ſint peccata.* 4. *Præter fidem bona opera ad ſalutem conſequendam eſſe neceſſaria.* 5. *De ſpe & timore.* 6. *De caritate erga Deum & proximum.* 7. *De quibuſdam Chriſtianorum moribus & inſtitutis.*

Cap. XII. *De gnoſtico ſeu perfecto chriſtiano , & martyribus.*

Art. 1. *Quid apud Clementem* gnoſticos, & gnoſis *nomina ſignificent.* 2. *Quæ ſit gnoſtici ad ſupremum virtutis apicem progreſſio.* 3. *Quæ Clemens in gnoſtico bona opera deſideret.* 4. *Quas virtutes à gnoſtico Clemens exigat , ubi & de ejuſdem gnoſtici continentia , ciborum abſtinentia , & corporeis caſtigationibus.* 5 *De caſtis ſanctiſque gnoſtici ſomnis.* 6. *De theologicis gnoſtici virtutibus, fide, ſpe, & caritate.* 7. *De puro gnoſtici in Deum amore , & caritate.* 8. *De vocali gnoſticorum precatione.* 9. *De gnoſtici divina contemplatione , & meditatione, ſeu mentali, uti aiunt , oratione.* 10. *De gnoſtici* apatheia , *ſeu perturbationum vacuitate.* 11 *De gnoſtici cum Deo, Verbo divino, & Chriſto ſimilitudine ; & quo ſenſu Clemens dixerit virtutem ab eo amitti non poſſe.* 12. *De martyrio & martyribus , quanta illorum Clementis tempore multitudo, de martyribus veteris Teſtamenti, & de his qui martyrio non cruento ex hac vita migrarunt.*

Digitized by Google

Cap. XIII. *De hæreſibus & hæreticis.*

Art. 1. *Quid à Clemente de iis generatim traditum fuerit.* 2. *De Simonianis, Nicolaitis, Baſilidianis, Carpocratianis, Iſidore, Epiphane Prodico, Valentino, ejuſque ſectatoribus, & de Heracleone* 3. *De Marcione ejuſque ſectatoribus, de Caſſiano & Tatiano, de Antitactis, de aliis, quorum nomen reticetur, de quibuſdam Gnoſticis, & de Encratitis, Hydroparaſtis, Phrygibus, Docetis, Ophianis, Cainiſtis, Peraticis, Hæmaticis, & Eutychitis.*

Cap. XIV. *De Theologia gentili.*

Art. 1. *Quales deos pagani fingerent: de Jove, quem Prometheus decepit, de Apollinis etymologia, de Pane & Hercule, quid hujus certamina ſignificent, cur mundi columnas ab Atlante ſuſcepiſſe, & Admeto cum Apolline ſerviviſſe dicatur, de Api & Serapi, de Butta, & crudeli ad Zalmoxin legatione, atque de Dianæ & Minervæ ira.* 2. *De paganorum templis ad occidentem poſitis, de Romano templo, quod Lupercal dictum eſt, de templi in Epidauro conſtructi inſcriptione, de ara in Delo Apollini conſecrata, de ſacrificiorum nidore, ac libaminibus, de columnis Bacchi, Apollinis, Acicari, & aliis, quas pagani adorabant, aut quibus placita ſua inſcripſerant.* 3 *De paganorum myſteriis, quibus diverſo tempore initiari debebant, quam ſtudioſe ea occultarent, quomodo illa ænigmatibus & ſymbolis involvebant, de duplici apud eos, atque in primis Ægyptios, ſymbolico loquendi genere, ſive in verbis, & obſcuris adagiis, ſive in rebus ipſis, ubi de eorumdem Ægyptiorum hieroglyphicis litteris, & animalibus, atque comaſiis.* 4. *De Epheſiis, aliiſque ſimiliter magicis litteris, & nominibus, ac de aliis paganorum ſuperſtitionibus.*

Cap. XV. *De philoſophia.*

Art. 1. *Utrum chriſtiani philoſophiæ ſtudere debeant, utrumve Clemens primus id adſeruerit.* 2. *Contraria huic opinioni argumenta ſolvuntur, & refelluntur.* 3. *Solvuntur alia argumenta, & philoſophiæ utilitas oſtenditur.* 4. *Utrum philoſophia paganos abſque ulla in Chriſtum fide juſtos reddiderit.*

Cap. XVI *De variis gentilium philoſophorum, & Scriptorum ex ſacra noſtra Scriptura furtis, ac prava imitatione.*

Art. 1. *De variis gentilium philoſophorum, & Scriptorum ex ſacra noſtra Scriptura furtis, & expilationibus.* 2. *De prava quorumdam miraculorum imitatione.*

Cap. XVII. *De diverſis philoſophorum ſectis.*

Art. 1. *De Ionica ſecta, & Thalete ejus auctore, ac de illius ſucceſſoribus, de aliis ſectis inde ortis, de Cynica, ejuſque parente Antiſthene, de Stoica, ejuſque auctore Zenone.* 2. *De Italica ſecta, & Pythagoræ, illius auctoris, patria, ætate, & magiſtris, Pherecyde, Sonchete, Nazarato, aliiſque: de ejuſdem Pythagoræ diſcipulis, ac præſertim Numa Romanorum Rege, ac de Hyppodamo, Euriſo, Athamante, & Philolao.* 3. *De ſecta Eleatica, ejuſque parente Xenophane, variiſque illius ſucceſſoribus.* 4. *De ſecta Academica, & de Platone ejus auctore, atque de ejus magiſtris Hebræis & Ægyptiis, ubi & de Thoyth, de Sechnuphide, & de Lacheſis oratione, cujus Plato meminit.*

ac de quibuſdam aliis ejuſdem Platonis locis, à Clemente citatis. 5 De Socrate, Platonis magiſtro, & de ejuſdem Socratis præceptoribus, de introducta ab illo ethica, de illius dæmone, atque de quibuſdam ejus verbis: de Platonis diſcipulis, ac de vetere, media & nova Academia, de ſecta peripatetica, illiuſque parente Ariſtotele, variiſque ipſius diſcipulis, & ſectatoribus.

Cap. XVIII De variis philoſophorum opinionibus.

Art. 1 De philoſophiæ nomine, atque epicureorum opinionibus de Deo, pythagoræorum & Platonis de anima humana in corpus detruſa, & metempſicoſi Platonis, & aliorum de hominis procreatione, Pythagoræ de rei venereæ & fabarum, atque aliorum de carnis, ac præſertim ſuillæ interdictione, de quibuſdam animalibus, nullo cibo utentibus, de vario rerum creatarum motu, de quadruplici arborum inſitione, & illius cum chriſtiana doctrina excipienda comparatione, de plantarum anima, ac de corvis humanam vocem imitantibus. 2. Explicantur philoſophorum de ultimo fine, & ſummo bono opiniones, Epicuri & Cyrenaicorum, Dinomachi & Calliphonis, Hieronymi & Diodori, Anniceriorum, Metrodori, Stoicorum, Zenonis, Cleanthis, Antipatri, Archidemi, Panætii, Poſſidonii, Ariſtonis, Herilli, Phyſicorum, Anaxagoræ, Heracliti, Pythagoræ, Abderitanorum, Democriti, & Hecatæi, Apollodoti, & Nauſiphanis, Diotimi, & Antiſthenis, Academicorum recentiorum, ac Platonis, Speuſippi, Xenocratis & Polemonis, Peripateticorum Ariſtotelis, Lyci, Leucymi, & Critolai, ac denique quam variæ & multiplices ea de re fuerint ſententiæ. 3. Philoſophorum opiniones de fide, ſpe, & caritate; de matrimonio, & legibus in cœlibes. 4. Multa fuiſſe occultata à philoſophis pythagoreis, Platone, & Epicuro, ubi de ſumta ab Hipparcho pœna, de interdicta quorumdam Zenonis librorum lectione, de vario Ariſtotelicorum ſcriptorum genere, de fabulis quibus philoſophi ſua documenta velabant, ac de mulieribus philoſophis Theano, Themiſto, & quinque Diodori filiabus, de Hipparchia, Arate, Laſtenia, Axiothea, & Aſpaſia.

Cap XIX. De barbaris, qui ante græcos philoſophati ſunt, & de ſeptem Græciæ Sapientibus.

Art. 1 De antiquis apud barbaros philoſophis, ac ſpeciatim de Ægyptiis, Thebæis, Chaldæis, Gallorum Druidis, Bactrianis, & Zoroaſtre, de Perſarum Magis, & iis, qui Chriſtum in cunabulis venerati ſunt, de mulieribus apud Germanos vaticinantibus, de Indorum Gymnoſophiſtis, Bracmanibus, Allobiis & Semnis, de Butta & Anacharſi, de Hyperboreis, & Idæis Dactylis, ferri, æris, litterarum Epheſiarum, & numerorum muſicorum inventoribus, eorumque numero & nomine, de Chirone Centauro, & Hyppa ſeu Hyppone ejus filia. 2. De ſeptem Græciæ Sapientibus, & quam variæ fuerint de illis, eorumque numero, ac potiſſimum de ſeptimo opiniones, de quibuſdam Pherecydis ſententiis, & de illius theologia. 3. Quomodo ſeptem Græciæ Sapientes dici poſſint recentiores Moyſe, & tribus primis philoſophorum græcorum ſectis antiquiores. 4. Quæ fuerit Græciæ Sapientum philoſophandi ratio, & de quibuſdam eorum effatis, & ſententiis.

Cap XX. De ethnicis legiſlatoribus, & vatibus.

Art. 1. *De ethnicis legiſlatoribus Solone, Pittaco, Praxiphane, Minoe, Zaleuco, ac quomodo hi tres legiſlatores primi dici potuerint. de Cerere, Lycurgo, Dracone, Pythagora, & Epicuro.* 2. *De ethnicis vatibus, Sonchete, Bacide, tam Bœotio, quam Arcade, de Amphileto, Cometa, Cynira, Admeto, Ariſtæo, Amphiarao, Epigene, Dionyſio, Nicia, Calchante, Mopſo, & de Batto, qui Mopſi divinationem compoſuiſſe dicitur.* 3. *De aliis vatibus, à Clemente memoratis, Pythagora, Abari, Ariſtæa, Epimenide, Zoroaſtro, Empedocle, Phormione, Polyſtrato, Empedotimo, de Execeſti annulis, de Herme Thebano, Æſculapio Memphitano, Heleno, Oenone & Breno, de Jamo & Jamitis, de Polyidio, Telemo, Onomacrito, Amphiarao, Theoclymeno, Telmeſſo, Galeo; Idmone, Amphilochio, Alcmæone, Anania, Ariſtandro, Orpheo, Orthagora, Gaio Julio nepote, & Brancho* 4. *De mulieribus ethnicis fatidicis, & vatibus, Hippone, Bæone, Manto, Sibyllis, Oenone, & Phæmonoe.*

Cap. XXI *De ſcientiarum, artium, aliarumque rerum inventoribus.*

Art. 1. *De inventoribus aſtrologiæ, lucernarum, anni in duodecim menſes diſtribuendi, & templa caſte adeundi, in iiſque commorandi, geometriæ, & ex aſtris, atque ex avium volatu futura prævidendi, item aruſpicinæ, & ex ſomniis divinandi, nec non tubæ, tibiæ, fiſtulæ, ac modorum.* 2. *De inventoribus medicinæ, nauticæ, ac conſtruendi navem, triremem, quatriremem, claſſemque inſtruendi, & fabricandi arma, harpen, peltam, clypeum, lora pugilum & cæſtus, omnem armaturam, varias machinas ferri, æriſque fabricam, & temperamentum, lapidicinam, auri metalla, pſalticen, currum, lectum, & veſtes byſſinas, ac pilos tingendi.* 3. *De inventoribus grammaticæ, ſcribendæ epiſtolæ, & rethoricæ orationis.* 4. *De inventoribus artis poëticæ, & muſicæ, modorumque muſicorum, iambi, dithyrambi, hymni, choreæ,* eroticon, *variorumque ſaltandi modorum, nomorum, citharæ, nablan, aliorumque inſtrumentorum muſicorum.* 5. *De inventoribus carminis hexametri, tragædiæ, & comædiæ, ac quis primus librum ediderit.* 6. *De iis qui de rerum inventoribus ſcripſerunt, Scamone, Theophraſto, Cydippo, Antiphane, Ariſtodemo, Ariſtotele, Philoſtephano, & Stratone.*

Cap. XXII. *De magiſtris, qui diſcipulos ſibi ſimiles effecerunt, & de mutuis Scriptorum græcorum furtis.*

Art 1. *De magiſtris, qui diſcipulos ſibi ſimiles fecerunt, Iſchomacho, Lampide, Charidemo, Simone, Perdice, Crobulo, Archelao, Homero, Pyrrhone, Demoſthene, Chryſippo, Ariſtotele, & Platone.* 2. *De iis quæ poetæ ex aliis poetis, ac quidam quoque alii ex iiſdem poetis furati ſunt.* 3. *De philoſophorum, hiſtoricorum, & oratorum furtis.* 4. *De majoribus græcorum furtis, quibus integra aliorum Opera, libros, aliaſque commentationes ſibi adſcripſerunt, & de Hippia, qui de græcorum furtis diſputavit.*

Cap. XXIII. *De variis artibus, ſcientiis, & diſciplinis.*

Art. 1. *Quid ſit dialectus, & de primis gentium dialectis, & linguis.* 2. *Primas dialectos barbaras fuiſſe, ubi de precibus aliena & non vulgari lingua fundendis, de hebraicæ linguæ & dialecti antiquitate,*

de Hellene hellanicæ linguæ auctore, de variis ejuſdem linguæ, atque etiam deorum & animalium dialectis, ac de ſingulari elephantorum, ſcorpii Lybici, ac piſcium arte & induſtria. 3. De cognitione: utrum aliqua ſit in belluis cognitio, & anima humana aliquid ſine ſenſuum adminiculo cognoſcat, atque judicium, ſeu ſecunda mentis operatio ſit voluntatis actus, de vera & falſa opinione, de demonſtratione, ſcientia, ſapientia, & prudentia 4 De veritate, quibus in rebus conſiſtat, ipſam eſſe magnæ virtutis principium, & ejus primordium eſſe admirationem, atque in cognitione & actione verſari, duas illius eſſe ſpecies, multa eſſe ejus criteria, variaſque diſciplinas ad eam comparandam conferre, & eſſe utiles, ac quomodo 5. De grammatica, dialectica, arithmetica, & quibuſdam numeris, de muſica, geometria, architectura, agricultura, nautica, & aſtronomia. 6. Sophiſticam artem, ſicut & alias, quæ vocibus & verbis tantum conſtant, eſſe penitus ejiciendas & exterminandas: quæ à chriſtianis movendæ quæſtiones, aut non movendæ, ac à quibus, & quomodo legendi paganorum libri.

Cap. XXIV. *De variis paganorum moribus, ac ſingularibus, & præclaris quorumdam facinoribus.*

Art. 1. De purpura, doloſiſque veſtibus, & unctionibus, de puerorum exſectione, de quorumdam gula, & liguritione, de cultu Angelis & dæmonibus à Magis tributo, atque de illorum à vino, animatis, & rebus venereis abſtinentia: quamvis cum matribus & ſororibus coirent, communeſque eis eſſent uxores, de athletarum, atque in primis Aſtyli Crotoniatis, Criſſonis Himeræi, atque etiam Amebæi citharœdi à rebus venereis abſtinentia, de legibus contra adulteros latis, de alia lege in gratiam mulierum prægnantium capite damnatarum, de Romanorum teſtamentis per libras & aſſes, ac de Lacedæmoniorum ſcitalis. 2. De præclaris & ſingularibus quorumdam cum populorum, tum hominum factis, Cleomedis, Athamantis, Æſchili, Philoxenæ, Bocchoridis, Æſopiorum, Macedonum, Laconum, Zenonis Eleatis, Theodoti, Pauli, Poſthumi, Anaxarchi, Gymnoſophiſtarum, ac de Platonis effato: Juſtum & ſi torqueatur, eſſe beatum. 3. De bellica quarumdam mulierum fortitudine, de Amazonibus, Sauromatidis, & Sacidibus, de ſingulari Iberiarum puerperio, de præclaris quarumdam factis, Lycidicæ, Philoteræ, Leænæ Atticæ, Teleſiſſæ, Danai filiarum, ubi de eo qui fecit Danaidem, de Atalante, Anticlea, Alceſti, Macaria, Hyacinthidibus, de poetriis Teleſſiſſa, Myia, Corinna, Sappho, Cleobulina, ubi de more pedes hoſpitum lavandi; de pictricibus Irene, & Anaxandra.

Cap. XXV. *De variis ſcriptoribus, in his Stromatum libris à Clemente laudatis.*

Art 1. De hiſtoricis, & aliis, qui ſoluta oratione aliquid ſcripſerunt. 2. De poetis à Clemente laudatis.

De aliis Clementis Alexandrini Operibus, ſive veris, ſive falſis, ſive editis, ſive non editis; ac de iis, quæ ille ſcripturum ſe eſſe promiſerat, & de variis chronologiis ab illo repræſentatis.

CAPUT I. *De libro qui octavus Stromatum inſcribitur*

Art. 1. *Analyſis hujus libri.* 2. *Hunc tractatum non eſſe octavum Clementis Alexandrini Stromatum librum, nec eum eſſe integrum, ac plane incorruptum.*

Cap. II. *De libro: Quis dives ſalutem conſequi poſſit.*

Art. 1. *Analyſis hujus libri.* 2. *Quomodo hic liber, & quorum opera, ad nos pervenerit, ac de variis illius editionibus, variorumque in eum obſervationibus & notis* 3. *Quis hujus libri auctor, quiſve illius titulus, utrum ex homilia quadam, ſeu quibuſdam concionibus, ad populum habitis, ſit compoſitus, quam ob rationem editus, an octavus Stromatum Clementis Alexandrini liber dici poſſit, & quo ſcriptus fuerit tempore.* 4. *Novæ hunc in librum notæ & obſervationes, ubi de alio libro, qui octavus Stromatum inſcribitur.*

Cap. III. *De Opuſculo, quod in græce & latine editorum Clementis Alexandrini Operum fine græcis tantum typis excuſum eſt.*

Art. 1. *Analyſis hujuſce græci Opuſculi.* 2. *De hujus epitomes, horumque excerptorum auctore.* 3. *Novæ in ſecundam hujus Opuſculi partem annotationes.*

Cap. IV. *De quibuſdam in aliquot epiſtolas canonicas Adumbrationibus, Clementi Alexandrino adtributis.*

Art 1. *Analyſis harum Adumbrationum.* 2. *De harum Adumbrationum editionibus, auctore, ac titulo.* 3. *Novæ in has Adumbrationes, ſive commentariola, notæ & animadverſiones.*

Cap. V. *De deperditis Clementis Alexandrini Operibus, & de iis quæ ille ſcripturum ſe eſſe promiſerat.*

Art. 1. *De deperditis Clementis Alexandrini Hypotipoſeon libris, ac de quibuſdam eorum, aliarumque ejus ſcriptionum fragmentis.* 2. *De aliis Clementis Alexandrini amiſſis Operibus, ac de quibuſdam eorum fragmentis.* 3. *De quibuſdam libris & commentariis, quos Clemens Alexandrinus ſcripturum eſſe promiſerat.*

*Admonitio in ſubſequentes Chronographias.*

CHRONOGRAPHIA *Clementis Alexandrini collata cum Euſebiana & Syncelliana.*

*Teſtimonia Veterum de Barnabæ epiſtola.*

*Teſtimonia Veterum de libris Hermæ ſeu Paſtoris.*

Ex hoc porro noſtrarum in omnia Clementis Alexandrini Opera Diſſertationum indice facile intelliges, quid à nobis alias veterum

Eccleſiæ Patrum Commentationes examinando actum fuerit cæteris enim Diſſertationibus quælibet illorum Scripta, omneſq; ubicumque occurrant, eorum difficultates, & ſalebroſa loca, eodem plane quantum fieri potuit, modo, eodemque ordine explanare, & enucleare contendimus.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Mc